



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLIV. Markgraf Ludwig d. R. ordnet die Straßenfahrt von Neu-Landsberg ins Pommersche zu Gunsten der Stadt Soldin, am 2. März 1353.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

dedimus et presentibus liberam facultatem indulgemus, quod prefate Ciuitatis nostre Consules omnia ligna in merica nostra, Golyneche heide vulgariter nuncupata, iam actu iacentia vel de cetero vetustate, vento aut modo quouis alio in merica predicta super terram proiecta et prostrata, quorum summitas terram tetigerit, pro ipsorum vsu libere tollere poterunt et recipere, sicut antiquitus est seruatum in lignis iacentibus, sine nostra et omnium officiatorum nostrorum contradictione et impedimento. Pro quibus quidem lignis predicti fideles nostri annis singulis certos choros nobis persolvere consueuerunt et tenentur auene mericalis, Nolentes ipsos per aliquem seu aliquos nobis subditos impediri quomodolibet in premissis. Si tamen ad vsu nostrum edificandi edificia, domos et structuras aliquas quascumque dicta ligna referuare decreuerimus quandocunque, illa ligna nobis competencia non debent accipere, nec ipsorum vsui applicare. In cuius rei euidentiam nostrum sigillum presentibus est appensum, Presentibus strennuis viris Hennyngo de Wedel, Ludowico de Wedel, Petro de Trutenbergh, nostro Marschalco, et Marquardo Loterbegk, militibus, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Lippen, Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo tercio, sabbato ante Dominicam, qua cantatur Letare.

Nach dem Originale des Solbiner Stadtarchiues.

XLIV. Markgraf Ludwig d. R. ordnet die Straßenfahrt von Neu-Landsberg ins Pommersche zu Gunsten der Stadt Solbin, am 2. März 1353.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus Romanus, dei gracia Marchio Brand. et Lufacie etc. — fidelium nostrorum Ciuitatis nostre Soldyn Consul ac aliorum ciuim vniuersorum probitatis meritis exigentibus, talem vobis gratiam facimus et cum beniuolencia presentibus indulgemus, quod omnes et singuli currus, qui per ciuitatem nostram Nouam Landesbergh ad Oppidum Nienborgh et vterius versus terras Auunculi nostri ducis Stetinenfis hactenus transire consueuerunt per dictam nostram Ciuitatem Soldyn de cetero et nusquam alibi transire teneantur et debent. Si qui vero alibi, quam per dictam nostram Ciuitatem transeantes fuerint deprehensi, tales secundum arbitrium nostrum solum tamquam huius nostre prohibitionis puniri volumus transgressores, Harum testimonio litterarum. Presentibus Nobilibus viris Gunthero iuniori Comite in swarczburgh, Johanne Domino in kothebus strennuisque viris Bethkino de Oest, Petro de Trutenbergh, nostro Marschalco, Marquardo Luterbek, Wolfharde de Lenguelder, militibus, et Rulone de Liuendal cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Lyppen, Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo tercio, proxima die sabbati ante Dominicam, qua Cantatur Letare Ierusalem.

Nach dem Originale des Solbiner Stadtarchiues.